Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35079
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

cati martirium compleuint. Antiochie sanctorum Demetrii
episcopi et Amiani diaconi. Item Eustosii et aliorum quinde
cim. Aurelianis sancti Monitoris episcopi. iii. ydus Novembris.
G In gallia ciuitate thuronis beati Martini episcopi et confes
soris. cuius vita tantis extitit miraculis gloriosa ut trium
mortuorum meruisset esse suscitator magnificus. In ci
uitate metropoli frigie salutaris passio sancti Menne martiris
qui persecutore diocletiano postquam studuit celesti regi
secreta conuersatione in heremo militare, procedens ad
publicum ac se libera voce declarans christianum. primum
diris suppliciis examinatur: nouissime flexis in oratione
genibus domino ihesu christo gracias agens gladio cesus
est. Item lugduno sancti Verani cuius vita fidei et vir
tutum meritis illustris fuit. ii. ydus Novembris.
A Apud prouinciam tarraconensem ciuitate tarrasso
na beati Emiliani presbiteri et confessoris cuius admi
rabile vitam braulio cesaraugustanus episcopus
simplici sermone descripsit. Ciuitate agripinensi
deposicio sancti chumberti episcopi. In territorio zenomico sancti
Paterni martiris. Castello milidimo sancti leonis confessoris.
B Rauenne natalis sanctorum. ydus Novembris.
martirum Valentini Solutoris et Victoris.
In prouincia apud ciuitatem aquis beati Mitrii
clarissimi martiris. In affrica sanctorum martirum Archadii Pas
chasii Probi et Euticiani. Qui cum in arriana perfi
diam nullatenus declinare paterentur. primum pro
scripti. deinde in exilium acti cum atrocissimis suppliciis
excruciati. ac postremo diuersis mortibus interempti
sunt. Thuronis deposicio sancti Bricii episcopi et confessoris.
Item sancti Amandi episcopi. xviii. kal. Decembris.
C Apud traciam ciuitate eradea sanctorum martirum Cle
mentini Theodoti et Ephilomini. Apud
alexandriam beati Serapionis qui persecuto

47v